



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Parallela Geographiae Veteris Et Novae**

Parallela Geographica Italiae Veteris Et Novae

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1649**

Nvm. 1. Nomen Sardiniae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13120**

MARIANA COLONIA, antea NICEA, insignis ciuitas Diodoro, à Tyrrenis fundata cùm mari Tyrreno potirentur: eò Coloniam deduxit Marius septies Consul: & hodie eius rudera visuntur paulò supra Tauolæ ostia *Golo Fiume*, ad Boream in Medicerraneis.

ALERIA, Colonia Græcorum, à Phocensibus deducta regnante Cyro, de quâ Herodotus lib. I. dicitur apud Zonatham Valeria, corruptè apud Florum Calaris, vt & apud Iornandem; Alalia Herodoto est, quod primum videtur eius fuisse nomen, secundum Aleria: occupata est à Romanis bello primo Punico, eoque Coloniam deduxit L. Cornelius Sylla Dictator, eius rudera visuntur non procul à mari infra ostia Fl. *Tauignano*, in Medicerraneis ad Austrum.

Ostrico: *Ostricone*; corruptè Ptolemæo *Ρωπικόν*.

Palania, aliter etiam *Palanta*: hodie *Balagna*.

Opinorum oppidum: *Opini*; prope ruinas Aleria.

Talcinorum oppidum, & Talcinum: *Talcini*.

Tarrabinorum vicus: hodie *Vico*.

Aluca: *Alota*, prope sinum Adiacensem:

MONS { AVREVS qui procedit à Fonte Tauolæ, vulgò *Golo*, ad sinum *D. Florentij*, hoc est à mediâ Insulâ, ad partem eius fermè Borealiorem: Leander ait vocari *Monte Gradachio*.

### §. 3. *Descriptio Historica Sardinia.*

SARDINIA, vulgò Europæ, atque Italiae contribuitur; tamen Iustinianus in Codice, eam inter Africanas enumerat; quâ de re moneri debuere, qui iuris codices tractant.

#### NVM. I. *Nomen Sardinia.*

GRÆCIS dicitur *Σαρδῶν*, *Ἰς*, & *Σαρδάν*, *οἶος*, cuius incolas Romani vocant Sardonios, & Sardos; & hoc nomen deducit Martianus Capella à Sardo Herculis filio.

Dicta quoque fuit ICHNUSA, & SANDALIOTIS, quæ voces *vestigij formam* sonant, Plinio (certè Sandaliois *Solea* est,) & Ichnu-



sa dicitur apud Chryssippum quòd similis sit humano vestigio *ἵχνης* unde Claudianus de bello Gildonico: *Humanae speciem plantæ sinuosa figurat*, & Silius 12. — Terras — *Enormes cohibet nudæ sub imagine plantæ*: vide & Pausaniam in Phocicis.

N V M. 2. *Quantitas Sardinie.*

OMNIVM Insularum maxima vocatur apud Herodotum in Clio, & in Terpsicore: idem & ait Scyllax, *maxima Insularum Sardinia*: Diodorus lib. 5. ait fermè exæquare magnitudine Siciliam: Pausaniæ in Phocicis *magnitudine, & felicitate cum aliis Insulis comparanda* dicitur.

		<i>Secundum 4. latera.</i>		PLINIO	CAPELLÆ
PRIMA	LATVS ORIENTALE			188. M. P.	188. M. P.
	LATVS OCCIDENTALE			170. M. P.	175. M. P.
MENSURA	LATVS MERIDIONALE			74. M. P.	77. M. P.
	LATVS BOREALE			CXXII. M. P.	125. M. P.
SARDINIÆ	INSVLÆ CIRCVITVS			560 seu 562. excōp. 554.	565. ex computo.
ALTE- RA	LONGITV- DO.	STRABONI XXII. Mil. Pass.	PAVSANIÆ stadiorū MCXX. hoc est 140. Mil. Pass.	OROSIO 230. M. P.	ISIDORO 140. Mil. P.
	MENSURA SARDINIÆ.	LATITV- DO. XCIX. Mil. Pass.	Stadiorum 470. hoc est 58. Mil. Pass. cum Pass. 750.	280. M. P. pessime, ef- ferenim latior quàm longior.	40. Millia Pass.
	CIRCVITVS.	Stad. 4000. hoc est 10. Mil. Pass.	De Circuitu 3. illi auctores ta- cent, vera est 560. Mil. Passum.		